[+] Decem fabulosæ Incarnaciones Dei quas credunt Gentiles Indiani ex. 325
tra et intra Gangem.

Vniversim dicunt secundam personam ex Trinitate novies iam incarnatam fuisse, et adhuc semel incarnatum iri.
Personæ Trinitatis apud illos sunt Brahma, Bexno, Mahex. Has dicunt esse unum quid in natura quam vocant varijs nominibus u. g. Akhar (: immobilis:) Paramanand (: quietus:) Paramexuar (: supremus dominus:) On (: Ens:) et alijs sexcentis nominibus quæ entis illius attributa insinuant. C.
Tres supradictas personas dupliciter explicant. 1°. Brahma dicunt esse naturam seu essenciam illius Entis supremi siue Dei: Bexno dicunt esse eiusdem appetitum concupiscibilem, Mahex uero appetitum irascibilem. 2. Brahma est Inexistens omnibus rebus. Bexno Conservator rerum. Mahex destructor (hinc fingunt Mortem et Corruptionem esse servos huius.)
Tandem in compendio dicunt totam rerum universitatem consistere in Sanext et Beaxt id est in Vniversali et Particulari. Vniversale dicunt esse Naturam illam Entis Supremi in se. Particulare est Natura illa iam per particulas divisa in rerum varietate

Vnde deducunt nullam esse nec genericam nec specificam distinctionem in rebus creatis sed omnia esse unum idemque Ens seu naturam universalem individuatam per particulas quarum unaquaeque assumit vel figuram hominis vel lapidis vel arboris &c. Materiam his particulis divinis supervestitam dicunt nihil aliud esse quam deceptionem, unde eandem naturam divinam vocant Ram (id est Ludens).

Deum vel potius naturam illam Incarnatam ex dicunt sic: Particula scilicet maior assumit seu vestit se materia (quam dicunt componi ex quinque elementis) et per illam velut per instrumentum suum manifestat attributa sua plus quam in alio ente ordinario cui inest particula minor &c.

Longis esset opus commentarijs ad explicanda seu narranda solum figmenta Gentilium.

Explico nunc Incarnaciones in particulari. 1 est Naraen (id est virorum princeps.) 2 Ramchandra. 3 Machautar (id est Piscis) 4 Barahautar (seu Porcus) 5 Narseng (homo Leo) 6 Dakser (decem capita) 7 Jagarnath (mundi dominus) 8 Crexno (niger) 9 Bhauani 10 Har

Primus Naraen filius fuit Jagernat (: quod lingua nos-
tra idem e[st] ac Dominus mundi :). De hoc Naraen dicunt
quod tam fortis fuerit, ut ense quem in manu habet uni-
co ictu mille elephantes occiderit. Presens erat ubicunque
a deuotis suis colebatur. [imago dolo figura] figuram eius hic exprimunt

Secundus Ramtxandar filius ~~Bil~~ Bal (: Fortitudo,
robur :) frater ipsius Latxman miles erat tam fortis
ut unica sagitta uno ictu mille homines occideret. Ipse
Ramtxandar pacifiicus erat neque gladio utebatur sed quic-
quid uolebat unico uerbo effectui tradebat. Venit in mun-
dum, ut hunc a Gigantum tyrannide liberaret. Media
nocte natus est, tunc temporis cœlum flores demittebat
supra locum natiuitatis et aer uocibus spirituum suauissimis
resonabat. Liberauit tandem mundum a Gigantibus
quos per fratrem suum occidebat (: uides hic sub [...] xoi in mundo
uenientis refugium figuram eius hic exprimunt

Tercius Matxautar. De hoc fingunt sequencia.
Cum Dea Bhauani iret ad balneum cum quatuor ancillis
Gigas unus nomine Bhensaser illam instructus rapere
uoluit, tunc Deus formam piscis assumens ex aqua pro-
diit et gigantis caput amputauit – unde figuram eius hic exprimunt.
Quartus Barhautar. Antequam iste in mundo appare-
ret, Gigas unus nomine Harnacass toti mundo domina-
batur, caput habebat cerui, solo halitu mactabat homi-
nes et montes post se trahebat. Tandem Deus figuram
porci siluestris assumens duodecim annis cum dicto Gigan-
te ~~cessauit~~, et tandem mactauit.
certauit

Quintus Narseng. Hic ortus dicitur ob mundi impie-
tatem in Superos corrigendam. Cum enim Reguti cuiusdam
filius semper diu noctuque nomen Dei (Ram, Ram)
ore proferret, pater eius ira commotus acriter illud corri-
puit, ~~[illegible]~~ eumque ad columnam ligatum castigavit.
Tunc ex illa ipsa columna Deus assumptâ leonis et hominis
figurâ prodijt et Reguti illius ventrem aperuit, eumque
et occiso illo mundum docuit, non esse reprehendendos, qui
Superos colunt. [illegible]
Sextus Dahaser. Huius capita decem humana non
videbantur solum caput asini videbatur. Iste Mortem
in domo sua ligatam servabat, Ventus ipsi serviebat,
Erat Dominus Zeilani ubi aureum fortalicium ex
truxerat. Tandem Latxman frater Ramchtxander
ad illud occidendum se accinxit et secum simiam illam cele-
brem Hanuant nomine adduxit ut si ipse forte erraret
Hanuant illum saxo occideret. Tandem ipse Latx-
man sagittâ in caput illius asininum iacta occidit. [illegible]
Septimus Jagarnath. Iste totum mundum cum
incolis omnibus capiti imponens alio ferre voluit
sed pondere tanti oneris pedes et brachia illius gravi-
tatem computruerunt. Iam colitur a Gentibus illis
pictus sine manibus et pedibus quos amore mundi ami-
sisse dicitur.

Octauus. Krexno. Huius supremus titulus est: Pastor uaccarum, habebit sedecim millia pastorissarum. Vocatur uulneratus in pectore. Ipsius septem fratres a gigante quodam occisi fuerunt ~~Tandem~~ Nomen illius Gigantis Kans. Quando mater Ieshodha in utero gestabat dictum Krexno tunc gigas ille dictam Ieshodham cepit et in carcerem conicitam custodiri ab alijs gigantibus iussit circumducto carceri serpente, intentum ipsius erat et hunc octauum filium occidere. Sed quando hic media nocte natus e Gigantes uigiles obdormierunt sicque mater cum filio aufugit qui filius tandem gigantem occidit.

Nonus. Bhauani. Quam dicunt esse xacte seu Potenciam huius maritum dicunt xacteunt id e Potentem. Omnia que de hac Dea et marito eius dicuntur sunt misteriosa et significant Materiam et causas rerum &c.

10. [illegible] aduenta suo diebus omnes [illegible] ignis [illegible] creditur [illegible]. [illegible]

Quæcumque de gygantibus hi dicunt fabule illi utique originem suam [illegible] aut ex gen. 6. est. Sapientes uero per gigantes hui ipsi satapi [illegible] intelligunt ~~Satanam intelligunt~~. per debellatores uero eius diuinitatem sapientes ~~[illegible]~~ [illegible], incarnatam. ubi et complura ueritatis Christianæ uestigia cognoscuntur; etsi nimis uarijs significationum ~~commentum~~ monstrosis allegorijs contaminata quod proprium humani generis hostis est, sacra profanis immiscere. ut et simpliciorum animos, [illegible] superstitiosis incutiat nonnullis horrendarum formarum illigis [illegible]; et una in contemptum dei [illegible] ~~[illegible]~~ egit [illegible] uel ambitione ~~diuersitate de [illegible]~~ primordijs diuidibus. Quomodo uero hæc superstitiosa dogmata, per [illegible] ulterius in Chinam usque et Iaponiam, [illegible] fuerint; paulo post capiemus.